



Politicorvm Libri Decem

Contzen, Adam

Colonia, [1621]

Cap. XV. Aliæ honestæ, & subditis vtilis rationes, quibus opes Reipublicæ
firmantur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95437](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95437)

cio. Adicit ipse in Aedilitatis sua commemoratione, & ludos vnde sexaginta diebus factos, & gratuita prebita balnea centum septuaginta, quae nunc Roma ad infinitum auxere numerum. Vicit antecedentes aquarum ductus nouissimum impendium operis inchoati à Caio Cesare, & peracti à Claudio. Quippe à lapide quadragesimo ad eam excelsum, ut in omnes vrbs montes leuantur, influxere Curtius atque Caruleus fontes. Erogatum in id opus festerium ter milles. Quod si quis diligentius aestimauerit aquarum abundantiam in publico, balneis, piscinis, domibus, curiis, hortis, suburbanis, villis, spacioque aduentis, extructos arcus, montes perfosos, conualles aquatas, fatebitur nihil magis mirandum fuisse in toto orbe terrarum. Eiusdem Claudii inter maxime memoranda equidem duxerim, quamuis destitutum successoris odio, montem perfossum ad lacum Fucinum emitendum, inenarrabili profecto impendio, & operarum multitudine per tot annos: cum aut corruatio aquarum, quae terrenus mons, egeretur in vertice machinis, aut flexu caderetur, omniaque intus in tenebris fierent, quae neque concipi animo nisi ab iis, qui videre, neque humano sermone enarrari possunt. Nam portus Ostiensis opus praeterea: item vias inter montes excisas: mare Tyrrhenum à Lucrino molibus seclusum tot pontes tantis impendis factos. Et inter plurima alia Italiae miracula, ipsa marmora in lapidinis crescere auctor est Papyrius Fabianus, natura rerum peritissimus: exemptores quoque affirmant compleri sponte illa montium vulcera. Quae si vera sunt, spes est nunquam defuturam luxuriam.

Celsitudo
aedificiorum.

4. Aedium priuatarum certus sit modus. Augustus aedificandi ambitionem coërcuit; cum enim nimium attollerent, ut periculum ruinae struerent, aërem interciperent, lucem excluderent, septuaginta pedes definiunt, teste Strabone; Nemo etiam idem fecit; Trajanus sexaginta permittit.

Aedificandi
insania cito
crescit.

5. Sumptum aedificiorum in rebus inutilibus, quae nec ad firmitatem, nec commoditatem facit omnino prohibeat. Nam finem insania aedificandi nullum habet; Marci Lepidi domus pulcherrima fuit, at intra annos triginta quinque centesima non fuit. Ita Plinius libro trigesimo sexto capite decimo quinto. Computet in hac estimatione, qui volet, marmorum molem, opera pictorum, impendia regalia, & cum pulcherrima laudatissimaque certantes centum domos, posteaque eas ab innumerabilibus aliis in hunc diem victas. Profecto incendia puniunt luxum: nectamen effici potest, ut mores aliquid ipso homine mortalius intelligant. Sed eas omnes duae domus vicerunt.

Sumptuosae
sunt marmora,
sculpturae,
picturae.

Hac lege tria praecipue inhihentur, marmora peregrina, sculpturae, picturae. De marmore haud vana est Plinii querela libro trigesimo sexto capite primo. Cadimus montes, trahimusque nulla alia, quam deliciarum, causa, quos transcendisse quoque mirum fuit. In portento prope maiores habuerunt Alpes ab Annibale exuperatas, & postea à Cimbris: nunc ipse caduntur in mille genera marmorum: promontoria aperiantur mari, & rerum natura agitur in planum. Euehimus ea, quae separandis gentibus pro terminis constituta erant: nauesque marmorum causa fiunt, ac per fluctus seuissimam rerum naturae partem, huc illucque portantur iuga montium, maiore etiamnum vesania, quam cum ad frigidus potus vas petitur; in nubila, coeloque proxima rupes cauantur, ut bibatur glacie. Secum quisque cogitet, quae praetia horum audiat, quas vehi trahique moles videat.

Scaurus trecentas sexaginta columnas marmoreas ad theatrum mensuram contulit, sed ex rapina paterna prouinciarum, & tabulis Sullanis. Lucullus marmori dedit nomen ad memoriam vanitatis, & fuisse ex illis duodequadragenum pedum. Videmus celerem vitiorum triumphum. Lucius Crassus Orator primus peregrini

marmoris columnas habuit, sed Hymetticas, & fenestras tantum, nec longiores duodenum pedum, nec sine opprobrio, nam idcirco Brutus cum Venerem Palatinam appellabat.

Multo magis cauendum, ne materiam superet opus, sculpturae, picturae, incrustatura, inaurationes vetandae, quorsum enim tanti sumptus, & cura? cur luto auro politur? Aut quid Regijs palatijs amplius tribui potest, quam ut marmore, aere, ebore, electro, argento, auro adornentur? Merito tantum fastum priuatarum obnoxium faciet seruituti, ut legatos, aut peregrinos excipere cogatur, atque ut alibi de foco, & regulis, ita hic de auro tributum detur.

Familiae exercitus prisci habuerunt, multosque Familia ad solitudinem redegerunt comitatus. Nunc quoque prouidendum, ne illi, quorum status mediocris est, familiam inutilem domi alant. C. Cæcilius, Claudius, Isidorus quatuor millia, centum & sedecim seruos habuit, sed plerisque viles, alij plures sine causa, Romae tanta erat ea in restudium, ut hac re priuati, & Respublica extrema passa sit. Seruile bellum ex gregibus mancipiorum, conflatum est; Roma in perpetuo periculo fuit.

In Senatu dicta est aliquando sententia, inquit Seneca libro 1. de clement. capite vigesimo tertio, ut seruos à liberis cultus distingueret, deinde apparuit, quantum periculum foret, si serui nostri numerare nos coepissent. Demetrius Pompejanus libertus, quem non puduit locupletiores esse Pompeio, magnam familiam habuit, Seneca libro de Tranquillitate animi capite nono. Numerus illi quotidie seruorum, velut Imperatoris exercitus referebatur: cui iam dudum diuitiae esse debuerant, duo vicarii, & cella laxior.

De pompa Demetrii narrat Plutarchus in Catone Vticensi. Hic Antiochiam ibat, & videt extra portam in vitroque via margine, compositae stantes, viros, iuuenes, pueros, cum discrimine atatum in festo omnes habitu & veste: Magistratus praeterea Candidatos, Sacerdotes etiam ipsos, coronatos. Cato stomachari, & putare sui honoris causa factum, & succensere iis, quos praemiserat, tamquam indicassent. Itaque propior descendit vehiculo, & suos idem facere ac pedibus ire iussit: tantum saluandus & pompa illa deducendus. At ecce senex quidam, coronam & virgā insignis (designator uerbat) ne salute quidem dicta rogauit. Vbi Demetrium reliquissent? & quando venturus? Demetrius is erat Pompeii libertus, & multum apud illum poterat, in quem omnes mortales tunc oculos habebant coniectos. Itaque hic comites Catonis & indignari, & risu emori: Cato nihil aliud prolocutus, quam, O miseram ciuitatem! in eam ingredi.

Seruorum multitudo, clientium, ministrorum scopulus est nobilitatis, & Principum. Quamquam exteræ nationes fere gloriolae illius appetentiores, ut Turcae, quo enim quæque gens magis barbara est, eo pluribus imperitare domi gaudet. Atque hac de legibus sumptuariis.

CAPVT XV.

Aliae honestae, & subditis viles rationes, quibus opes Reipublicae firmantur.

§. I. OPES Reipublicae necessarias docui, illae honeste vel cum ciuium incommodis, vel absque eorum detrimento, vel denique cum utilitate eorum congregantur; de postremo modo

ago, & rationes alias nonnullas, per singulas quidem non magnæ rei, sed plures simul validas, vberesque adferam.

Mancipio - vñ vñus ma- le desit mulieris En- raga locis.
§. 2. Ad opes congregandas plurimum conducit mancipiorum emptio, & legitimus, humanitateque temperatus vsus. Paulus hortatur seruos, vt obediant dominis suis, non ad oculum seruientes. Nec contra Christianam mansuetudinem est, seruorum opera vti; Abraham sanè mancipia plurima habuit, alij sancti, quorum seruis etiam vtilior fuit illa subiectio, quam periculosa libertas. Quin de seruitijs æquissimæ sunt leges Moysi Exod. 21. versicul. 2. & sequenti, & Leuit. 25. versiculo 6. & 42. & 44. Si enim iure occidi possunt, igitur, & seruitio mancipari.

Seruorum vñus luctus.

Deinde iura ciuilia, vsusque perpetuus Christianorum hoc contestatur, nec Paulus Onclum manu mitti iubet, sed Philemoni restituit. Seruitus enim aliud non est, quam in aliena esse potestate, cuius consilio & voluntate regatur, vt operas ei præstet, nec proprium quicquam possideat, nisi domino concedente. Seruitus esse autem debet ex iusta causa, æqua, clemens, secundum illud axioma:

Quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris.

Multis vñ- lectis, seru- it.

Vtile verò hoc est in communi; nam cum multi sint natura, neglectu institutionis, efficacia seductionis improbi, atque in vitis contumaces, plane vile est illis seruitutem seruire, qui ferre non possunt libertatem; Quot myriades vagabundorum, & errorum Republicam grauant, & cum est occasio produnt, nonne præstabat moderatis dominis eos seruire? laboribus exerceri? peculium colligere, vindicta prætoris manu missionem expectare; si frugi non sunt, regantur *δυναστικῶν* imperio; si prudentes & moderati, qualis Abrahami seruis, libertatem adipiscantur; nam duram istam & crudam seruitutem veterum, quia ius vitæ & necis in miferos vsurpabant, qui ægros, aut senes domo eiciebant, ad bestias vendebant, iam dudum iura Christiana sustulerunt. Iusta igitur est, & legitima ratio, nec quemquam in Republica grauat, nisi eum, qui merito seruis est, imò hostibus quoque timorem incutit, dum metu seruitutis bella fugiunt.

Seruorum manus opera celeriter perficit.

Vtilitates porro quæ inde nascuntur plures sunt. 1. Opera magna publicæ & priuatim celerrimè fieri possunt, quid enim non faceret suis operis Clodius, aut quingentis fabris Crassus diues? Causa est, quia obnoxij sunt, vgeri, cogi, flagellari possunt, quæ tamen in re iustitiæ & clementiæ habenda est ratio. Nec alio modo vrbes olim, grandesque substructiones, nisi seruli manu factæ; ita filij Israël edificarunt Pharaoni Pithom, & Rhamesse, vrbes tabernaculorum. Qui liberi sunt pro arbitrio veniunt, abeunt, potant, negligunt.

2. Minore sumptu omnia conficiunt; opera conductæ preciosæ sunt, tardius opus aggrediuntur, lautius viuunt. Itaque dimidium precij lucratur ille, qui seruis vitit. Nullam illis mercedem pendit, & vilius quam liberos pascit.

Mancipio - rum vñus luctus.

3. In metallis, fossis, aquæ ductibus, muris fundandis, lignis cedendis, agris colendis, etiam priuati multa per seruos commode efficere possunt, expeditque Principem seruos publicos habere, aut diuites esse quosdam, qui priuatis operas seruorum elocent.

4. Emolumenta plurima inde consequi, docet nos Pharaon, qui post tot clades adhuc vtile præponens honesto. *Quare dimisit in Israel, vt non seruiret nobis? Tunc quantæ facultatis instant, vt Christiana mancipia abducant?*

Cur non illorum seruitio nos vicissim vitimur? De iustis, & mansuetis seruitijs semper loquor. Cur nobis id non liceat, aut commodè, cum Italos & Hispanos ex mancipijs diuitias congregare videamus?

5. Quam multi seruorum ingenijs sint, & ad magnas artes, ad regendam Rempublicam, in necessitate, ad militiam, præterita sæcula docuerunt. Manlius Antiochus, Taberius, Eros alijque docti fuere. Alij in omni artificiorum genere exercitati, quin etiam institui possunt, vt heris sint viles, & carius diuantur.

§. 3. Artium omnium mechanicarum, quæ necessariæ aut viles sunt, cultura. Quod Respublica efficiat, si honoratos fecerit artifices, si priuilegia conferat; idque imitatione veterum legum. Ita enim Constantinus ad Maximum cod. 10. titul. 64. *Artifices artium breui subdito comprehensarum, per singulas ciuitates morantes ab vniuersis muneribus vacare precipimus: siquidem in discendis artibus otium sit accommodandum: quo magis cupiant, & ipsi peritiores fieri, & suos filios erudire.*

Ex notitiâ autem sic eos recenset. *Architecti, medici, pictores, statuarii, marmorarii, lecticarii, seu arcarii, clauarii, quadrigarii, vel quadratarii, quos Græci vocabulo *πτερας* appellant, structores, id est, edificatores, sculptores ligni, muscarii, deauratores, albini, quos Græci *χρυσόταυ* appellant, argentarii, barbaricarii, diatretarii, ararii, fusores, signarii, fabricarii, bracharii, partecarii, atq. libratores, siguli, qui Græci dicuntur *εσχαρῆς*, aurifices, viuarii, plumbarii, specularii, eborarii, pelliones, fullones, carpentarii, sculptores, dealbatores, cutores, trigarii, cistarii, bractearii, id est, *πυλῶγοι*.*

Constantius, & Constans easdem immunitates confirmant (eodem titulo) Mechanicos, Geometras, & Architectos, qui diuisiones partium omnium, incisionesq. seruant, mensuræq. & instituta opera fabricantibus stringunt, & eos, qui aquarum ductus, & inuentos modos docili libratione ostendunt, in par studium docendi atq. discendi nostro sermone compellimus. Itaq. immunitatibus gaudeant, & suscipiant docendos, qui docere sufficiunt.

Aristoteles eos quidem repellit à Republica, sed injuriâ, cum exercitatio prudentiæque illis sit, cum præsidia ad vitæ necessaria habeant. Hodie enim hæc est eorum ratio, vt non frangant laboribus corpora, sed firment, quæcunq. sunt in vrbibus honestissimæ artificum tribus; atque hoc ad veterum normam, & Rempublicam sacram institutum est. In Israëlita In Israëlita enim Republica artifices Deus ipse honorauit. Ex. 31. *Ecce vocaui ex nomine Beseleel Vri filij Hur de tribu Iuda, artifices & impleui eum spiritu Dei, sapientia, & intelligentia, & scientia in omni opere, ad excogitandum quidquid fabrefieri potest ex auro, & argento, & ere, marmore, & gemmis, & diuersitate lignorum. Dediq. ei socium Ooliab filium Achisamech de tribu Dan. Et in corde omnis eruditi posui sapientiam, vt faciant cuncta quæ præcepi tibi, tabernaculum fæderis & arcam testimonii, & propitiatorium quod super eam est, & dignos incuncta vasa tabernaculi, mensamq. & vasa eius, candelabrum purissimum cum vasis suis, & altaria thymiamatis & holocausti, & omnia vasa eorum, labium cum basi sua vespere inspuet stes sanctas in ministerio Aaron Sacerdoti eius & filiis eius, &c.*

Hoc initio artium posito, magna semper fuit dignitas artificum, sed & opes; hoc ipsum calamitatum tempus ostendit, nam cum Joachin Rege Babylonis abduxit Principes, fortes, & artifices, & solum pauperes reliquit. 4. Reg. 24. 14. *Et transtulit omnes artifices in captiuitatem: & omnem artificem & inter præcelsorem: nihilque relictum est, exceptis pauperibus populi puos.*

Transiit quoque Joachin in Babylonem: & matrem regis & vxorem regis, & Eunuchos eius, & iudices terræ duxit in captiuitatem de Ierusalem in Babylonem. Et omnes viros

Artifices honorati.

Artifices, qui immunitatem habent.

Artifices honorati.

Dignos incuncta vasa tabernaculi, mensamq. & vasa eius, candelabrum purissimum cum vasis suis, & altaria thymiamatis & holocausti, & omnia vasa eorum, labium cum basi sua vespere inspuet stes sanctas in ministerio Aaron Sacerdoti eius & filiis eius, &c.

Artifices Israelita inter præcelsorem: nihilque relictum est, exceptis pauperibus populi puos.

viros

viros robustos, septem millia, & artifices & inclusores mille, omnes viros fortes & bellatores: duxitq; eos Rex Babylonis captiuos in Babylonem. Et constituit Mathaniam patrum eius pro eo: imposuitq; nomen ei Sedeciam.

Inclusor
quis sit?

Salomon
architectos
magnifi-
cat.

Artificum
societates
Romae.

Artes diui-
tias & pau-
pertate in-
tercidunt.

Artes nobi-
lium.

Inter diuites igitur & Principes erant inclusores, & artifices, adeo vt dicatur totam Ierusalem transtulisse, quia primarios in captiuitatem adduxit. Inclusorem vocant Hebraei *חֲסִידִים* LXX. *συγκλειόμεναι*, quidam janitorem, alij custodem, alij stringentem enses, alij peritos castra metandi. Eadem habentur Jerem. c. 24. 1. & 29. 2. Sed malo ingeniosum artificem ita vocari, qui faciat *בְּסִגְרָה* artificiosas juncturas aedium, columnarum, instrumentorum, ita nonnulli fabrum metallicum interpretantur. Qui vero eos vocant magnos, vel magni aestimatos, vt R. Dauid in l. Radicum, quanquam a *סִגְרָה* quod est aurum obrizum, purum, seu *סִגְרָה* fulsum, deducere videantur, eodem tamen modo accipiunt; nam hi tales magno in precio erant, quapropter & R. Dauid in Comm. Sapientes & Consiliarios vocat: nec mirum ita Be-selechem Deus appellat. Quod hic factum videmus, id Isaias jam ante praedixit, fore vt auferat Deus sapientem de architectis cap. 3. v. 3. Salomon etiam hac aestimauit, 3. Reg. 7. 14. Misit quoq; Rex Salomon, & tulit Hiram de Tyro, filium mulieris viduae de tribu Nephtali, patre Tyrio, artificem ararium, & plenum sapientia & intelligentia & doctrina, ad faciendum omne opus ex ere.

Othonielis nobilissimi & fortissimi viri nepotes ex filio Saraia, ex nepote Joab artifices fuere. Nam fuit ille pater vallis artificum, ibi enim artifices erant, 1. Paralip. 4. vers. 14. vbi Hebraus simpliciter, quia artifices erant, & LXX. *ἐν*, quod artifices erant. El. 2. 3. 33. artifices quoq; adificauit Ierusalem. Nec minus Romae aestimati sunt, nam & ad Magistratum admissi sunt, & jus ciuium, quod summum erat, victa factione patriciorum occuparunt. Romulus in curias, seu fratras distribuit ciues, Numa Pompilius, vt Plutarchus ait, vt odiosum discrimen nationum tolleretur, artium diuisionem, artificumque & architectorum sodalitates, & collegia instituit.

Maxima vero subsidia Reipublicae conferunt artifices, nam negotiatores alliciunt, ocium fugiunt, opes important, in bello utiles sunt.

Quod si eorum industria honoretur, multo magis florebut. cum enim sint compendiose rerum agendarum rationes, quae in artibus valent; minore cura & labore Rempublicam iuuabunt.

§. 4. Primum igitur est, vt artes honorate sint; alterum quod inde sequitur, vt quaedam ita honeste habeantur, vt eas quoque diuites, & nobiles faciant. Plato artes deseruit, ait duas ob causas; diuitias, & nimiam paupertatem, diuites enim ocio & luxu diffiunt, pauperes instrumenta, & materiam non habent.

Nec deerunt, modo Princeps velit. In oriente pastoricia vita honestissima, & regia habebatur, agricultura, nemorum, vitiumq; platio magna dignationis, nunc equestris exercitatio, & venatio nobilitatem fere detinet. Accedere tamen & aliae possunt. Imprimis quae liberales sunt, vt pictura, sculptura, architectonica, sclopetorum, arcuum, bipennium, ensium politura, omnia quae ad aquarum medicarum distillationes pertinent, herbarumque curas; si enim irritum conatu tam multa in Alchymiam opera impenditur, cur non potius certo euentu in res viles impenduntur? Denique quicquid ad gemmarum, auri, argenti polituram pertinet, opulentis conuenit. De liberalibus supra dixi.

Ad pauperes, & mediocres, qui censibus suis annuis viuere nequeunt, quod attinet, repeto legem quam alias dixi. Omnes examinandos, quae arte vitum quaerant, ocio locum non dandum. Pueros

continuo ad leuiora artificia adhibendos, ita vt nemo vacet, vagabundos coercendos, quibus vero non facultas, sed voluntas laborandi deest, ad opus cogendos; quod si fiat, decuplo minor erit pauperum numerus, quorum aliqui etsi debiles sint, nonnulla tamen sellularia officia praestare poterunt. Ceteri non difficile elemosynis sustentabuntur, qui vere pauperes sunt. Poteritq; id obseruari, quod olim populo Israelitico dictum est, non erit inter vos mendicus. Nunquam v. opus deerit, si Princeps agros colat, noualia instituat. Quid fieri possit, docent ea, quae sunt. Belgae lanificia tractant, pannos, lineos, laneos, aulæaq; contexunt, quibus Germaniam, Galliam, Hispaniam, Africam, Asiam, Indiam vtramque vestiunt, cur non imitantur, & hoc, & alia Germaniae Principes? hinc lanam coemunt, auehant, reuehant, & portiorum, vecturaq; sumptus duplicant. Hoc demum in Republica magnum est incommodum, quod cum artefacta ab externis emuntur, omnia maiore precio veneunt, ciuitasq; exhauritur. Deinde artificum copia facie admiranda inueniunt, quale fuit Curionis illud inuentum, cum pensile theatrum fecit. Plinius libr. 36. cap. 15. Theatra duo iuxta fecit amplissima è ligno, cardinum singulorum versatili suspensa libramento: in quibus vtriusq; ante meridiano ludorum spectaculo edito inter sese auersis, ne inuicem obstreperet scena, & repente circumactis, vt contra starent, postremo iam die descenditibus tabulis, & cornibus inter se coeuntibus, faciebat amphitheatrum, & gladiatorum spectacula edebat, ipsum magis auctoratum populum Romanum circumferens. Quid enim miretur quisq; in hoc primum? inuentorem an inuentum? artificem an auctorem? ausum aliquem hoc excogitare, an suscipere? parere, an iubere? Super omnia erit populi furor, sedere ausi tam infida instabilisq; sede. En hic est ille terrarum victor, & totius domitor orbis, qui gentes & regna diribet, iura externis mittit, Deorum quadam immortalium generi humano portio in machina pendens, & ad periculum suum plaudens. Quae vilitas animarum ista! aut quae querela de Cannis! quantum mali potuit accidere!

Hos in castra ducas, si oppidum machinis defendendum sit, quid non efficiant? In res viles ingenia exerant.

Artium mechanicarum contemptus ex superbia Græcorum Philosophorum, & Oratorum orta est. Et nunc quoque contumeliose habentur à multis, da- tanquam sordida, cum tamen prima fuerint generis humani post agriculturam exercitamenta. Mihi magis Indorum placet industria, qui singulos singulas artes exercere permiserunt, sed Philosophis plures ob honorem sapientiae, vnde colligimus Philosophiam Indicam non ociosarum argutiarum fuisse sectatricem, sed sapientiam communi & ciuili vitae consulentem.

§. 5. Honesta quoque fuit, & utilis ratio colligenda in necessitate pecuniae, quam Sabellicus libr. 6. & 7. ait Venetos secutos. Nam publice dixerunt, fore, vt qui Rempublicam pecunia iuuissent, ex illis triginta in numerum Senatorum adlegerentur, maneretque ea rata dignitas eorum posteris, ceteris finitro bello singulis annis quinque nummum millia diuiderentur. Certatim dederunt opulenti, & ex aemulatione creuit ararium. Factum id prudenter ab Republica, nec inter veteres & nouas familias aemulatio vlla publica est. Id cur non Reges imitentur? Certe Hispaniarum Rex aliquot ante annos dum ditissimos Italarum nobilitat, magna bellorum subsidia comparauit, honos vero nobilitatis in copiosos, ingeniosos, negotiosos conferendus est, ne si in egestatem recidant, ordini sint opprobrio. Nulla hic Reipublicae, nulla priuatis inferitur injuria. Quod si nobilitas tantum virtutis esse debere obijciatur, facilis

Artium
multitudo
pecuniam
at-
trahit,
&
recinet.

Artifices
varia ex-
citant.

Si
nat
cipi
hosti-

Haec
grauis
nisi
com-
pon-

Artes non
sunt sordi-

Nobilitas
opib. data.

Artes non
sunt sordi-

Artes non
sunt sordi-

Artes non
sunt sordi-

Facilis responsio, Eos qui pecuniâ patriam adjuvant, non inferiores esse alijs, qui fumosas imagines jactant; nec enim solius pecuniæ, sed virtutis etiam ratio habetur. Magno verò illos esse animo, vel hinc discimus, quod magnas pecunias minoris, quam mediocrem honorem æstiment. Hoc suaserim illis Principibus, quibus nobilitas subiecta est, & ubi illa quoque negociatur; Quod si multitudine novorum vetus vilescat, minus id mali est, quandoquidem per virtutem recuperare dignitatem potest. In Gallia id quoque factum, & immunitatem magnâ summâ redimebant; id olim quoque factum, cum jus civitatis Romanæ integris nationibus datum, aut venditum. Ingens imperij tanti accessio. A. 22. versicul. 26. ἐγὼ πολλὰ κεφαλὰς ταύτης τῆς πολιτείας ἐπηράμην. Ego magnâ summâ civilitatem illam consecutus sum: Si multa millia civitate donabant, sed id magnâ summâ, multa millia magnarum summarum quantam pecuniam effecerint, non est dubium. Sic & jure civium mediocri aliquâ pecuniâ poterit Princeps, aliaque largiri, quæ honorifica sunt, nec aliorum tamen commodis, vel libertati præjudicant.

Nec dissimile huic est, quod Bizantij in necessitate fecerunt, cum enim lex esset. Ne quis jure civium frueretur, nisi utroque parente civis natus; edixerunt; si quis Reipublicæ triginta libras conferret; quamvis alterutro parente tantum civis natus, civis eo, quo qui optimo, jure haberetur.

§. 6. Tamerlani illud barbaræ crudelitatis fuit, in urbem quam obsidere meditabatur mercatores cum preciosis pellibus mittebat, jubebatque facili precio distrahere, ut emerentur; deinde cum urbem occupasset, pelles quas commodè abscondere non poterant, recepit. Honestæ ratio: si enim ex hostium pecuniâ exercitum alebat, & merces deinde recipiebat, alijs vendendas. Ita Haimo Armenus.

§. 7. Edouardus Quartus Britanniae Rex, amicos rogavit, ut sponte sibi pecunias conferrent, ad expensas militiæ, se ex facto singulorum benevolentiam æstimaturum; quare ipsa contributio nominata est benevolentia. Idem Henricus Septimus imitatus est. Polydorus libr. 26. & 27. Si magna incubat necessitas, est recta ratio, sed animaduvertendum, ut vicissim illis beneficiat, alioqui nihil durius, quam Principis priuatæ apud amicos preces; si enim negent aut parce donent, paratam sibi cladem putant. Si quis aut nolit, aut non possit dare, inimicus Principis efficitur, quia graviter sibi offensum arbitrat.

§. 8. Antoninus Philosophus, ut pecuniam conficeret, omnia vasa aurea, argentea, murrina, crystallina, gemmas, omnem vno verbo suppellectilem, vxorisque ornamenta publice vendidit, ut pecuniam conficeret. Non dissimile est illud Epheliorum, qui ut lib. 2. Oeconom. refert Aristoteles, cum pecuniâ egerent, lege sanxerunt, ne aurum ferrent mulieres, deinde ut civitati mutuum darent. Quidam hæc fordida putant, ego magnificum arbitror; nam ornatum externum contemnere regium est; deinde subditi paritur, & nobilium, potentiumque animi ad Republicam adjuvandam inflammanantur, quis enim e gemmâ diuite bibet, si Principis fictilem suppellectilem intueatur? Venetis parum illa res ex sententiâ cessit, cum ciuibz extorque pecuniam vellent. Nam edixerunt, ut quicquid auri, argentiue cælati esset, id ad duum viros deferrent, ut nummi cuderentur; decimæ partis lucra reciperent, qui non tulissent, eorum bona venderentur; sed cum reculerent, captis pignotibus & carceribus coacti sunt. Id factum bello contra Ju-

lium 2. Bemb. libro 7. & 10. hist. Venetæ. Hoc quidem durum, si fides erat; nam magnum lucrum promittebatur, nec poterant negare Reipublicæ, si satisfacere poterat. Sed illi bellum & belli causas execrati, suspexamque fidem Senatus habentes rerum suarum tenaces erant. Potest tamen eo modo Princeps uti, nec inter odiosa censendus est, si cautum sit de summâ & lucro. Non enim decet vllum sibi tantum placere, ut periclitante Principe non nisi ex auro bibere velit, cum præsertim lucrum ex beneficio liceat expectare.

CAPVT XVI.

Modi pecuniæ colligendæ ab Aristotele libr.

2. Oeconom. recensiti, alijsque similes.

§. 1. DIGNVM arbitrat Aristoteles cognoscere, quomodo veteres pecuniam confecerint, cujus ego narrationem ordine, ut ab illo proponitur, prosequi decreui; Quædam improbandæ sunt, quædam, sed paucæ laude dignæ, nonnullas iustas facit necessitas.

Cypselus Corinthius cum votum fecisset Ioui: Si civitate illa potius fuisset, Corinthiorum se dedicaturum facultates universas: iussit censum describi: illis autem profectis, decimam bonorum partem abstulit à singulis, de reliquis iussit eos negotiari & rem facere. Annos, vertente fecit idem. Euenit itaque ut annis decem & ipse haberet omnia bona Corinthiorum, eaq; consecraret, & Corinthij interea quærent, pararentq; alia. Improbum votum non oportebat exple, secundum tamen erat, ut humaniter exequeretur. Julius simili modo cum jurasset se piratas crucifixurum, prius occidit.

§. 2. Lygdamis Naxius, quibusdam in exilium actis, cum facultates illorum nemo vellet, nisi admodum paruo, emere, vendidit ea ipsis exulibus. Ea etiam quæ ut dona Diis consecraretur in officiniis non prorsus elaborata iacebant, vendebat tam exulibus quam alijs, permittens ut emtoris nomen in vnoquoq; perscriberetur.

Causa cur paruo emere vellent, erat, quia incerta videbatur possessio per tyrannidem addicta, & odiosa in vulgus; Exules mediocri precio redimere, quam omnia perdere malebant; si iuste expulsi, non fuit iniquus in venditione, quæ etiam illud effecit, ut inter se exules committerentur, dum alterius bona alius emit.

§. 3. Byzantii in pecuniæ penuria publicos lucus & loca sacra vendiderunt. Fructuosa quidem ad certum tempus, sed infructuosa ad proprietatem perpetuam. Itemq; ea, quæ sodalitates possidebant, & quæ ad sacra gentilitia pertinebant, cum alia, tum in agris priuatè sita. Nam hæc magno emebantur, quorum reliqua erat possessio. Sodalitatis a. tradebant publica alia, quæ erant circum gymnasium, aut forum, aut portum, nec non forensia loca, ubi aliquid vendebatur. Præterea salinas maris, & salu mercaturam. Item ubi quæstus faciebant præstigiæ artifices, vates, & qui medicamenta vendebant, & huius generis alij: constitueruntq; ut tertiam partem quæstus penderent. Iam permutandæ pecuniæ mensam tantummodo vnam elocarunt. Neg. licebat alio nummo, vel de altero emere, vel alteri vendere quicquam. Quod si quis fecisset, pecunia ea multabatur. Cum autem apud illos lex esset: Non habendum pro civis, qui non utroq; parente civis natus fuisset: egentes pecuniâ scitum fecerunt: Qui altero tantum parente civis natus esset, si per soluisset duodecim millia nummum, pro civis habendum. In caritate verò annona cum pecuniâ inopia laborarent, deduxerunt navigia ex ponto. Quod cum mercatores iniquo animo ferrent, vsuras persoluerunt eis decimas. Qui emebant autem tunc, ab eis vltra precium ipsum illas